UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christianæ. Institvtionis Formula

Sonnius, Franciscus

Sylvædvcis, 1570

De salutatione Angelica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30409

Visual Library

(inquiens) possumus dicere verè, quasi verè pater, aut obscero pater, ita fiat quemadmodum petitum est.

De Salutatione Angelica.

MAGISTER.

NVnc recita Salutationem Angelicā quā ad deiparā virginem facere solemus.

MAGISTER.

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui Iesus Christus. Amē. MAGISTER. Quid te docui de hac salutatione? DISCIPVLVS. Quod sit reuera verbum Dei quicquid in ea continetur, fuisseque sic acclamatum virgini Mariæ magna cum veneratione, partim ab Archangelo Gabriele, partim à Spiritu san-

tu ſancto per os Elizabeth, vt eſt videre Lucæ primo.

MAGISTER.

Verũ an debeamus nos diuã virginẽ hac ſalutatione venerari?

DISCIPVLVS.

Quis dubitabit, num coli debeat à nobis quam & Angeli de cælis, & ſancti in terris adeò venerati ſunt, vt acclament ei huiuſmodi preconia, Aue gratia plena. Item Dominus tecum, Item: Benedicta tu in mulieribus, hoc eſt, pluſquam omnes mulieres. Itẽ Benedictus fructus vẽtris tui? Aut quis negabit honorẽ impẽdere illi quæ dignatione Altiſſimi deipara effecta eſt?

MAGISTER.

Potiſſimùm cum ipſamet Spiritu ſancto plena dicat de ſe, Ecce enim ex hoc beatam Luc. 3

tam me dicent omnes gene-
tiones. Dixeritq; ad eam san-
cta Elisabeth admodũ vene-
bundè, Et vnde hoc mihi, v
veniat mater Domini mei a
Luc. me? Dixeritq; tertio ad Chri-
11. stum mulier illa Euangelica
Beatus venter qui te portau
& vbera quæ suxisti? Canat
nique vniuersa Ecclesia, Be-
ta viscera quæ portauerunt
terni patris filium.

DE ALIIS ORATIONI-
bus Christiano homine dignis.

MAGISTER.

Sũt ne & alię orationes quas
conuenit subinde precari?

DISCIPVLVS.

Sunt & quidẽ verbis succin-
ctæ, & sententijs efficaces,
& Scripturarum authoritate
commendatæ, quas tanquàm
proprios vngues teneo.

Magis-

MAGISTER.

Dic ergo dum cupimus ab errore vel peccatis recipiſcere quid precandum?

DISCIPVLVS.

Pater peccaui in cœlum, & coram te. Iam nõ ſum dignus vocari filius tuus, ſed fac me ſicut vnũ de mercinarijs tuis. Sic enim orauit filius ille prodigus: & ſtatim receptus eſt in gratiã. Aut ſic, Deus propitius eſto mihi peccatori, tundẽdo ſimul pectus quaſi in vindictã, quòd tantũ dominũ tã enormiter offenderimus. Sic enim orauit Publicanus: & teſtimonio Chriſti deſcendit iuſtificatus in domũ ſuam. Luc. 18.

MAGISTER.

Et quando aduerſa premunt boniſq; nudamur, quid in ore ſimul & corde verſabitur?

Diſci-

DISCIPVLVS.

Illud, Dominus dedit Domi-
n⁹ abſtulit: ſicut Domino pla-
cuit, ita factũ eſt, ſit nomẽ Do-
mini benedictũ. Sic enim ora-
uit ſanctus Iob, & bona quæ
perdiderat duplicauit ei Do-
minus. MAGISTER.

Quando autem accidit an-
guſtia cordis, aut ægritudo,
aut plaga, aut ſuppliciũ, quid
orabimus.

DISCIPVLVS.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Pater ſi poſſibile eſt, tran-
ſeat à me calix iſte abſinthij
veruntamen pater non mea,
ſed tua voluntas fiat. Nam ſic
orauit Chriſtus cùm iam ſan-
guineum ſudaret ſudorem
præ anguſtia cordis.

MAGISTER.

Et morte iam appropinquã-
te, quæ erit oratio noſtra?

Diſci-

DISCIPVLVS

Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Luc. 23.

MAGISTER.

Eademque pronuncianda est diligenter coram infirmis cum iam incipiunt mori.

DISCIPVLVS.

Nam sic orabat Iesus antequàm expiraret animã. Similiter & protomartyr Stephanus. Acto. 7.

MAGISTER.

Ad hæc quando sacram synaxim celebramus, quid tunc erit in meditatione nostra?

DISCIPVLVS

Istud, O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ nobis glorię pignus datur. Subiungendo sub ipsam susceptionẽ corporis Dominici,

Domi-

Domine nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantũ dic verbo, & ſanabitur anima mea. Quoniã ſic dixit Centurio, & audire meruit à Chriſto, Nõ inueni tantã fidẽ in Iſrael. Vade, puer tuus viuit.

Mat. 8.

MAGISTER.

Dum vero boni aliquid incipimus, quid precandum?

DISCIPVLVS.

Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me feſtina. Sic enim ſolitus eſt precari ſanctiſſimus Dauid Propheta.

Pſal. 69.

MAGISTER.

Pro benefactoribus quid?

DISCIPVLVS.

Retributor omnium bonorum Deus, retribuere dignare omnibus nobis bona facientibus vitam æternam.

Magiſ.

MAGISTER.

Pro fidelibus defunctis?

DISCIPVLVS.

Requiē æternā dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Vel, Requiescant in pace. Sic enim orat verbo Dei instructa Ecclesia catholica.

MAGISTER.

Deinde ad omnem progressum ac motum, potissimum dū surgimus mane, dum cubitum redimus vesperi, nihil ne decet facere ac dicere hominē Christianum?

DISCIPVLVS

Decet profectò: & ante omnia signare se signaculo crucis: quia sic factum esse ab incunabulis nascētis Ecclesię legimus apud Tertullianum libro suo de corona militis. Deinde decet subijcere hanc orationem

tionē. Benedicat mihi Dominus & custodiat me: ostendat Dominus faciem suam mihi,
Nu.6. & misereatur mei: conuertat Dominus vultū suū ad me, & det mihi pacem. Amen. Hunc enim benedicendi modum docuerat Deus famulum suū Moysen, vel similem, vtpote, In nomine domini nostri Iesu Christi crucifixi surgo, aut cubitū eo, ille me benedicat, regat, custodiat, & ad vitam perducat æternā. Amen.

MAGISTER.

Et vbiq; conuenit simul addere orationem Dominicam, aut eam orationis Dominicæ partem, quæ magis congruit. Cætera verò per temetipsum sensim magis magisq; animaduertes. Nūc de sacrificijs Christiani hominis.

Magis-